xxv die id est viii kl apr. cum uicesima sexta dies mensis aegyptiorum faminoth. & xxii
dies mensis macedonum dystri non sit viii kl apr. sed xi kl apr. Nonne ueri simillimum
apparet quam sit infalsata sententia ubi ipse qui viii kl apr pro xi kl mutauit.
Oblitus est etiam aegyptiorum uel grecorum mensium statum mutare. sed his quae minus
nota erant manere permisit ut fuerunt. illud solummodo quod sibi suisque erat
usibile mutauit. Quod sane horum sit uerius illi potius qui anatholium grecum legunt
uideant. Uerum si eusebius unam sententiam seu quilibet totum illum libellum a suo
statu transuerterit. constat tamen absque ulla dubietate quamuis plurima uerterit.
aequinoctium viii klm aprilium die nequaquam posse repperiri. quod et inspectione
horologica et aperta ratione probabitur. Regula tenet ecclesiasticae obserua
tionis quae et edictis patrum priorum et clarius est niceno confirmata concilio
ut paschae dies dominicus ab xi kl aprilium. usque in vii kalendas maiarum diem quaeratur.
Item catholicae institutionis regula praecipit ut ante uernalis aequinoctii transcensum
pascha non celebretur. Qui ergo viii kl apr putat esse aequinoctium necesse est
idem aut ante aequinoctium pascha caelebrari licitum dicat. aut ante septimum klm
diem pascha caelebrari licitum neget. Ipsum quoque pascha quod dns pridie quam
pateretur cum discipulis fecit. aut nono kalendarum aprilium die non fuisse. aut
ante aequinoctium fuisse confirmet.

INCIPIT EPISTOLA DIONISII DE COMMUNIBUS ET EMBOLISMIS ANNIS

Dominis a me plurimum uenerandis bonifacio primicerio notariorum et bono secun
dicerio dionisius exiguus. Reuerentiae paschalis regulam diu sco ac uenerabili
petronio episcopo commonente tandem stilo commendare conpulsus omnem dein
ceps diuersitatis obpugnationem sublatam fore credideram. Maxime quia scorum
ccc xviii antistitum qui apud niceam ciuitatem conuenerant auctoritatem totis
nisibus insinuare curauerant. qui in ipso concilio uenerando decennouenalem
ciclum regulariter affigentes quartas decimas lunas paschalis obseruantiae per omnia
tempora lege suae reuolutionis inmobiles annotauerunt. Sed quia scitas uestra
orta rei huius quaestione de archiuo romanae ecclesiae pascasini uenerabilis epi
scripta quem constat pro persona beatissimi papae leonis sco calcidonensi prae
sedisse concilio ad eundem papam per idem tempus directa nunc protulit quae
scis patribus euidenti ratione consentiunt. Haec praesenti indidimus operi ut
huius etiam uiri testimonio niteremur. qui manifesto miraculo uenerabilium
pontificum paschalia decreta confirmat. Quia uero scriptis ipsis communium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0040